

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon Libri IIX

Valerius Flaccus Setinus Balbus, Gaius

Lipsiæ, Anno M.DC.XXX

Lobgedichte

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1194)

I N
VALERIUM FLACCUM

ab

Eximio Poëta & Philologa

M. LAMPERTO ALARDO
reëognitum & notis illustratum.

Epigramma.

JOHANNIS CLUVERI D.
& Profess. Sorani.

Silicet eximio tu mactas munere priscos,
Quis nomen debes, docte Poëta, tuum.
Namq; novum nobis te illi fecer e Poëtam,
Tur rursus facis hos nomen habere novum.
Utq; tuo in versu mihi Musa vetusta probatur:
Sic veteri in Flacco Musa novella placet.
Perge ita te priscis gratum prestare Nepotem,
Hi pergent sobolem te memorare suam.
Et velut Flacco magnum fert nomen Alardus:
Sic Flaccus nomen reddet, Alarde, tibi.

Non usitata nec tenui polis
Penna Poëtam pulvereo situ
Neglectionem, infersq; luci
Sindone candidiore amictum.

ALAR-

EPIGRAMMATA.

ALARDE; vim sic ingenii probas
 Magnam tui: non est opus omnium,
 Sulcare Pontum vastum & amplum,
 Littus amantq; leguntq; plures.
 Quid, quaeso, tantis pro meritis capis,
 Sudore pro tanto? Leviter quidem
 Gestant coronas eruditi,

Atq; bonis variis fruuntur.
 His nulla merces est studiis data:

Quin & Poetis Jure negata sunt,
 Quae ceteris dantur benignè:
 Dissimili omnia sorte fiunt.

Divina nescit talia munia
 Pensare Fortuna, ipsa nihil videt:

Nos sortem amemus non cadueam:
 Vivitur ingenio: quid ultra est?

Dum Flaccus hic vivet, tua laus quoq;
 ALARDE, vivet: Tempus edax quidem
 Rerum omnium est: praecleara semper
 Ingenii at monumenta stabunt.

Cunradus Bavarus Poet. Prof. in Aca-
demia Lipsiensi.



Plausus jugiter, omniumq; letas
 Doctorum capis adprobationes
 Commentariolis quod eruditis
 Argonautica sic Alarde Flacci
 Illustrasse sategeris, ubiq;

Ut lyck-

EPIGRAMMATA.

Ut lychnos oleant, & Hippocrenes
 Jucundo nimis adfluant liquore.

His tu plausibus: approbatione
Hac tu macte, patrisq; Guilielmi
Qui Mythes cluit, optimusq; Vates
Per vestigia letus usq; tende.
Hinc vos gloria vestra, nunc Olympi
Que nubes penetrat, peremniora
Sublimes super astra collocabit.

Josephus Clauderus Scholæ Al.
 tenb. Rector.




Quid, Lamperte, novi Museis arcibus
 infers?

In Flaccum criseōs quid meditare catæ?
 Nempe quod auspiciis Phœbi vis ignea
 mentis

Extudit, Eurynomi perpoliitq; trias.
 Perge juvare sacram, Jhovæ pie mysta,
 Poefin,

Vulgus iners hodiè quā putat esse nihil.
 Sic immortales nectet Dea mellea lauros,
 Conspicua Famæ pignora certa, tibi.

M. Godofredus Cundisius Ecclesie
Geringsvvaldensis Pastor.



Vexerat à colchis Phryxai velleris aurum
 Nauta per Ionii cerula vasta maris.

Mox

EPIGRAMMATA.

*Mox id Apollineis condit Tritonia thecis,
 Inq, suo servat Flacca Camæno sinu.
 Ast Erugo notas, & noctem scabra vetustas
 Affricat, & fœdum pigra Vacuna sinu.
 Hinc studiosa mei rursum depurgat Alardi
 Dexterâ, collustrans omnia sole novo.
 Utq, perennimicum conservent illa nitorem,
 Singula Pimpleo nectare texta lavat.
 O tibi pro studiis, istisq, laboribus alba
 De Phryxi Lachesis vellere fata neat!*

Christophorus Bulæus, Art. 32
 Phil. Magister.



IN

